



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Quot Patrini adhibendi. n. 67.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

gul. 21. omnes grandes Hispaniæ, Comites, Barones, Legatos Regum, & universim omnes habentes Jurisdictionem temporalem, id circa idem permittitur [sed non nisi in sacello vel Oratorio, nisi necessitas excuset] nobilibus in germania, præsertim imperialibus. Porro necessitas, ob quam Clementina etiam alijs inferioris conditionis concedit Baptismum privatam, non debet esse insuperabilis, sed sufficit probabile periculum fore, ut, nisi baptizetur infans extra Ecclesiam, vel sine Baptismo moriatur, vel timenda sit infirmitas; vel si infans non possit deportari ad Ecclesiam citrà periculum infamiæ Marronæ vel puellæ nobilis, quæ occultè peperit &c. Hæc enim & similia sufficienter tangit clementia *ibi aut talis necessitas emerferit &c.*

CONFERENTIA. XXXVII.

67.
Conc. Trid. sess. 25. cap. 2. Hæc habet unus tantum sive vir sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus & una, Baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos & baptizatum ipsum, & illius Patrem & Matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique Patrem & Matrem tantum, Spiritualis cognatio contrahatur. Ad quæstionem igitur, utrum si Maritus & uxor assistant baptismo solemni, contrahant inter se cognationem spirituales, facile R. negative: ratio patet ex verbis Concilij Trid. satis
 C 3 claris

claris, Similiter ad aliam, an Parochus peccat
admittendo plures Patrinos, quam unum &
unam, & ex constitutionibus synodalibus
Constant. Diocesis part 1. tit. 6 n. 8. viri No-
biles, si quando plures Patrinos forte pro ma-
jori solemnitate, & familiæ suæ splendore ad-
hibeant, volumus, ut Parochi duos ex illis
designent, qui susceptores sint [utique unum
& unam] & cognationem Spiritualem con-
trahant, atque in librum Baptizandorum à
Parochis inscribantur, reliqui non item, quos
tamen loco testium solennitatibus Baptismi
interesse non veramus.

68. At inquires, fulminabunt alij Nobiles, si re-
pellantur. & Non fulminabunt, si hanc cau-
telam adhibeas: videlicet porrige illi baptiza-
tum, quem designasti, sic enim fiet, ut reliqui
postea eundem suscipientes non contrahant
cognationem. Et si adsit Principalis Hæreti-
cus, qui aveat Parrinitatem, detur infans ob-
stetrici, & ab ea offeratur Hæretico, atque ita
vel obstetrix; vel neuter erit Patrinus.

CONFERENTIA. XXXVIII.

69. Parvulus in periculo constitutus baptizatus
baptismate privato absque cære non; ut ait le-
post suppleantur cæremoniæ omiffæ in Eccle-
sia, inter quas præcipua esse videtur assistentia
Patrini: quæritur ergo an is fiat vere priatus.

& Cum communi, Officium Patrini esse
ab Ecclesia institutum pro solo vero, certo &
ab.